concessæ circa unum duntaxat actum, proprie non sunt privilegia, et cur, 220. Si pro impetratione dispensationis plures allegentur causæ motivæ, quarum una duntaxat est vera, vel falsa, an valeat dispensatio, 249. Vide *Rescriptum.* Dispensatus ad ordines ante legitimam ætatem, non est dispensatus ad beneficium parochiale, 355. Dispensationem denegante episcopo, quando est debita, potest dispensare archiepiscopus, 427. Dispensatio cum illegitimis est strictæ interpretationis, 492. Inferunntur complura corollaria, *ib.* Vide *Illegitimorum.*

Dispensatio super impedimento consanguinitatis a quo, ex qua causa, in quo gradu, et cum quibus fieri possit ac debeat, V, 505. Et super impedimento affinitatis, 567. Et super impedimento cognationis spiritualis, 569. Super impedimento criminis cum quibus, et ex qua causa fiat, *ib.* Item super impedimento voti, 570. Dispensatio facilius fit cum nobilibus, et divitibus, quam aliis, 564. Dispensatio ne sit subreptitia, vel obreptitia, quænam exprimi debeant in supplicatione, 571. Vide *Exprimenda.* Dispensationis Papalis litteræ. Vide *Litteræ dispensationis Papalis.* Dispensatio commissa alicui subdelegari alteri non potest, 612. Dispensare in radice matrimonii quid sit, 614. Dispensatio in forma pauperum quid? quomodo procurari, et fieri debeat, 616. Vide *Forma pauperum.* Dispensatio pro foro interno, 626. Datur a sacra pœnitentiaria super solis et omnibus impedimentis occultis, *ib.* Limitatur aliquo modo quoad impedimentum consanguinitatis, *ib.* Causæ ob quas dispensat, *ib.* Quænam in supplicatione pro solo foro interno exprimi debeant, *ib.* Modus supplicandi pro foro interno, 627. Supplicationum formulæ, *ib.* Dispensatio apud episcopum pro foro externo quomodo procurari possit, et debeat. Vide *Praxis*, etc. Dispensatio apud episcopum pro foro interno quomodo procurari possit ac debeat. Vide *Praxis*, etc. Dispensatio per episcopum pro foro externo, et pro foro interno. Vide *Praxis capiendi informationem, et dispensationem.* Et praxis concedendi et expediendi dispensationem per episcopum; dispensationis episcopalis formula pro foro externo, dum per delegatum fit, 642. Alia formula, quando ipse dispensat in persona, 643. Alia formula pro foro interno, 647. Dispensationem super impedimento procurare tenetur sponsus, vel sponsa ex culpa sua præbens causam impedimenti, 373. Dispensare in denuntiationibus quinam possint, 398.

Dispensatio in irregularitate, ut sic, a quo fieri debeat, VI, 562. Papa in quavis dispensat, *ib.* Episcopus quoque in quavis, quæ provenit ex delicto occulto, excepto homicidio, *ib.* Quod idem potest capitulum sede vacante, *ib.* Prælati regulares, saltem mendicantes, cum subditis dispensare possunt, saltem pro foro conscientiæ, in quavis irregularitate, etiam ex homicidio occulto proveniente, *ib.* Dispensatio in irregularitate ob reiteratum baptisma a quo fieri possit, 332. Et in pœnis abortus a quo, 339. In irregularitate ex homicidio secuta, et quavis alia dispensat Papa, 376. In secuta vero ex homicidio sive injusto, sive justo auctoritate publica commisso dispensare nequit episcopus, 377. Bene vero in irregularitate secuta ex homicidio ob sui et aliorum defensionem facto, non servato moderamine inculpatæ tutelæ, *ib.* Sicut etiam in secuta ex homicidio casuali occulto, 378. Quandocumque homicidium jam est publicum aut deductum ad forum contentiosum, nequit episcopus in irregularitate dispensare, *ib.* Potest dispensare in irregularitate proveniente ex mutilatione occulta, *ib.* Superiores regulares possunt cum subditis suis dispensare in quavis irregularitate, ex occulta mutilatione, vel homicidio etiam directe intento dispensare, 379. Quandonam homicidium ad propositum dicatur occultum, *ib.* Et quando deductum ad forum contentiosum, *ib.* Dispensatio in pœnis simoniæ a quo fieri possit, 217. Et quomodo executioni mandari debeat, 218. Dispensare cum hæreticis, quibus et quomodo concessum, ac prohibitum sit, 242.

DISPOSITIO specialis derogat generali, VII, 84. Dispositiones causarum piarum an, et a quo mutari possint, IV, 549. Quomodo executioni mandari possint, ac debeant, *ib.*

DISPUTATIONES publicæ in ecclesiis sunt licitæ, V, 218.

DISSOLUTIO sponsaliorum ex quibus causis fieri possint, V, 353. Recensentur breviter causæ dissolvendi sponsalia, *ib.* Sponsalia puberum etiam jurata, mutuo consensu dissolvi possunt, *ib.* Non item impuberum, *ib.* Mutuo consensu etiam licite solvuntur sponsalia, *ib.* Si nulla intervenit fraus, vel metus injuste incussus, 354. Doctrina practica, *ib.* An requiratur auctoritas judicis, *ib.* Discessus unius a sponsalibus præbet etiam alteri causam discedendi, *ib.* Potest tacite, vel expresse fieri recessus, 355. Solvuntur sponsalia etiam per absentiam unius, *ib.* Si diutius abest, *ib.* Etiamsi ex causa utili, vel necessaria absit, *ib.* Solvuntur instantiæ ex jure, *ib.* Poss‥nt sponsalibus præfigi termini ad differendam, 356, et extinguendam obligationem, *ib.* Quid juris, quando nullus præfixus est terminus, *ib.* Si præfigitur terminus ad differendam obligationem, non solvuntur illo elapso, *ib.* Bene vero, si ad extinguendam apponatur, *ib.* Etiam per professionem religiosam solvuntur sponsalia, 357. Limitatio hoc in certo casu fraudis, *ib.* Per solum ingressum in religionem, professione non secuta, solvuntur sponsalia ex parte remanentis in sæculo, *ib.* Non item ex parte ingredientis, 358. Solvuntur etiam per susceptionem ordinum majorum, *ib.* Non item minorum, *ib.* Post sponsalia contracta non potest sponsus licite ordines sacros suscipere, *ib.* Votum emissum sacros ordines suscipiendi post sponsalia, illa non solvit ex parte voventis, bene vero ex parte alterius, 360. Idem est de voto continentiæ, 361. Sponsalia solvuntur etiam per subsequens matrimonium, *ib.* Item per fornicationem solvuntur ex parte innocentis, non vero nocentis, 362. Sicut etiam ob oscula, et tactus impudicos a sponsa admissos, 363. Non item si ea committit sponsus, *ib.* Mutatio superveniens an, et quando solvat sponsalia? Vide *Mutatio.* Solvuntur ob superveniens impedimentum, 373.

Dissolutio sponsalium ex se non requirit auctoritatem judicis, 375. Bene vero accidens, *ib.* Et de jure speciale diœcesium, *ib.* Aut quando causa dissolvendi est dubia, 376. Dissolutio sponsalium ex causis antea latentibus, et postea manifestis, efficax est, 372. Limitatur, 374. Laborans defectu occulto nocivo, matrimonium notabiliter reddente odiosum, tenetur illum ante matrimonium manifestare, *ib.* Secus, si defectus notabilis non est, *ib.* Qui sciens defectum occultum in aliquo contrahit cum eo sponsalia, censetur renuntiare juri suo, *ib.* Item si fornicatur cum eo, 375. Dissolutio sponsalium qualem requirat probationem, 376. Si substat impedimentum, sufficit concessio utriusque sponsi, *ib.* Imo unius matrimonium affectantis, *ib.* Item fama legitime probata, *ib.* Ac testimonium unius, *ib.* Dummodo jurato deponat, 377. Si causa dissolvendi non est impedimentum, requiritur probatio ordinaria, *ib.* Dissolutio sponsalium cujus expensis fieri debeat, 378. Dissolutio matrimonii. Vide *Divortium.*

DISTRIBUTIONES quotidianæ, earumque constitutio, ac perceptio, III, 452. Distributiones quotidianæ, seu præsentiæ, quæ, 453. Ex quibus constituantur, *ib.* Sunt principaliter institutæ ad promovendum cultum divinum, *ib.* Idque absque simonia, *ib.* Regula est, quod distributiones debeantur solis præsentibus, et interessentibus, 454. Non obstante consuetudine contraria, *ib.* Vel statuto, *ib.* Canonici duobus, vel tribus mensibus, juxta licentiam Tridentinam absentes non gaudent distributionibus, 455. Limitatur hoc in quibusdam casibus, *ib.* Quoad distributiones, quas absentes non fuerint lucrati, non valet remissio, *ib.* Episcopus eas remittens, punitur, 456. Ob absentiam amissæ accrescunt interessentibus, *ib.* Nisi in certa quantitate consistant, *ib.* Distributiones quotidianas in quibus casibus canonici absentes lucrentur, 457. Requiritur ad hoc justa causa absentiæ, et licentia ordinarii, seu prælati, *ib.* Enarrantur hujusmodi causæ, *ib.* Inter quas est infirmitas, *ib.* Cujus tempus non computatur inter tres menses a concilio permissos, dummodo non adsit consuetudo in contrarium legitime præscripta, 458. Solum capituli statutum non impedit infirmum canonicum a percipiendis distributionibus, *ib.* Si sanus consuevit interesse divinis, *ib.* Nec obstat, quod propria culpa infirmitatem contraxerit, 459. Quæ infirmitas sit sufficiens ad percipiendas in absentia distributiones, *ib.* Ob corporalem necessitatem canonicus absens percipit distributiones, *ib.* Et quando, *ib.* Et ob evidentem ecclesiæ utilitatem, 460. Ut si mittitur ad concilium generale, provinciale, vel synodum diœcesanam, *ib.* Aut curæ animarum incumbit, *ib.* Aut prosequitur lites, vel tractat communia negotia capituli, *ib.* Vel si universi redditus consistunt in quotidianis distributionibus, *ib.* Item si absens est ex privilegio papæ, 462. Ut si est auditor rotæ, *ib.* Vel inquisitor hæreticæ pravivatis, etc., *ib.* Easdem lucrantur missi ab episcopo ad limina apostolorum, 463. Nec non si habent statutum a pontifice confirmatum, *ib.* Ac tandem canonici habentes præbendam theologalem, *ib.*

DIVERSITAS pœnarum a jure statuta dat optionem episcopo, VI, 399.

DIVISIO beneficiorum quid, IV, 85. Est prohibita, *ib.* Nisi subsit causa rationabilis, *ib.*

DIVORTIUM matrimonii quoad vinculum an, et quot modis fieri queat, V, 500. Fit professione religiosa in matrimonio rato, *ib.* Non item dispensatione pontificia, 501. Solvuntur objectiones adversariorum, *ib.* Fidelium matrimonium consummatum nulla ratione solvi potest quoad vinculum, 502. Quia est de jure divino, *ib.* Et significat unionem Christi cum Ecclesia, et Verbi cum carne, 503. Solvitur objectio hæreticorum, *ib.* Divortium matrimonii infidelium, et hæreticorum quoad vinculum, *ib.* Remissive. Divortium matrimonii quoad vinculum quid, et quales probationes requirat, *ib.* Conjuges etiam certi de nullitate matrimonii non possunt propria auctoritate discedere in foro externo, *ib.* Quid juris, si pars una discedat, *ib.* Judex non potest, nec debet conjugibus facile credere, nisi adsit sufficiens probatio, 504. Per testes juratos omni exceptione majores, *ib.* Si notorie constat de nullitate matrimonii, debet judex etiam nemine accusante illud dissolvere, *ib.* Vel de nullitate inquirere, quando non notorie constat, *ib.* In dubio de valore matrimonii, pronuntiat pro eo, *ib.* Sciens nullitatem matrimonii, nec petere, nec reddere potest debitum, etsi episcopus jubeat, *ib.* Imo tenetur contra judicis mandatum propria auctoritate discedere, si absque periculo incontinentiæ, vel peccati alterius cohabitare nequit, 505. Limitatur, *ib.* De divortio hæreticorum et infidelium, *ib.* Remissive. Divortium, seu dissolutio matrimonii quoad torum et cohabitationem quid sit, *ib.* Potest fieri vel mutuo consensu conjugum, *ib.* Vel etiam invito altero, 606. Causæ, ob quas fieri potest divortium, quoad torum, *ib.* Divortium quoad torum ad fornicationem spiritualem, seu discessum unius a vera religione, vel incitationem ad peccatum, potest alter facere propria auctoritate, *ib.* Si religionem ingredi velit, *ib.* Idem est, si ab altero conjuge ad peccatum grave incitatur, 507. Saltem quoad forum internum, *ib.* Secus quoad forum externum, *ib.* Divortium quoad torum ob viri sevitiem, ex qua

imminet uxori periculum vitæ, aut gravis damni corporalis, potest fieri ab uxore, *ib.* Non item ob levem verberationem, *ib.* Imo nec propter gravem præteritam, si non sit periculum in futurum, 508. Probabilis timor, aut periculum gravis verberationis, vel durioris tractationis in futurum, præbet sufficientem causam divortii, *ib.* Minæ quando ad hoc sufficiant, 509. Gravis verberatio, et crudelis tractatio, quæ, *ib.* Ob periculum gravis verberationis potest uxor discedere, *ib.* Etiam propria auctoritate, *ib.* Nec tenetur redire, nisi prius vir cautionem sufficientem præstet de non offendendo, *ib.* Quæ sit causa sufficiens, 510. Si sævitia viri, aut aversio animorum est nimia, tunc etiam sub cautione non tenetur redire, *ib.* Idem dic, si sævitia plene est probata, *ib.* Praxis procedendi in causa sævitiæ, *ib.* Etiam ob sævitiam uxoris datur divortium, *ib.* Solvitur objectio, *ib.*

Divortium ob morbum unius, 511. Divortium quoad torum ex causa adulterii, *ib.* Ob adulterium unius licet alteri instituere divortium, *ib.* Sive vir, sive mulier adulteretur, *ib.* Idem est, si alterutra pars sodomiam committat, aut bestialitatem, *ib.* Non item ob tactus et oscula impudica, *ib.* Ob adulterium materiale sine culpa commissum non datur divortium, 512. Ut si uxor ab alieno vi opprimatur, *ib.* Secus est, si metu gravi consentit, *ib.* Mulier, aut vir ex ignorantia congrediens cum alieno conjuge non præbet causam divortii, *ib.* Sicut nec, si unus in alterius adulterium consentiat, *ib.* Mulier tacens ad adulterium vir non censetur tacite consentire, 513. Nec vir ideo tacens, ut uxorem alia vice cum testibus deprehendat, *ib.* Si innocens nocenti injuriam remittit, non amplius instituere potest divortium, *ib.* Innocens non tenetur adulterum dimittere nisi aliud exigat scandalum, 514. Potest injuria adulterii expresse condonari, *ib.* Vel tacite, *ib.* Exemplificatur, *ib.* Conditiones requisitæ ad hoc, ut quis censeatur tacite remittere injuriam adulterii, *ib.* Si uterque adulteretur, divortium fieri non potest, 515. Nec refert quod unus posterius, alter prius sit adulteratus, *ib.* Aut unus gravius, et sæpius altero, *ib.* Vel unius adulterium sit occultum, alterius publicum, *ib.* Quid facere debeat occultus adulter, casu quo adulterium uxoris publicum est, 516. In foro externo adulterium publicum per occultum non compensatur, *ib.* Utrum compensetur adulterium ad restituendum dimissum, si post latam sententiam, et factum divortium adulteretur etiam prius innocens, *ib.* Divortium ex causa adulterii notorii fieri potest propria auctoritate, 517. Solvitur instantia, *ib.* Qui certo scit conjugem suum adulteratum esse, in foro interno, discedere potest propria auctoritate, etsi probare non valeat, *ib.* Secus est in foro externo, *ib.* Ob suspicionem adulterii in nullo foro licitum est divortium, *ib.* Divortio separati possunt iterum conjungi, consentiente innocente, 518. Divortio facto apud quem conjugum, et cujus expensis educari debeant proles, 519.

DOCTORES, magistri, et licentiati qualia privilegia habeant, VI, 220. Sunt in dignitate constituti, *ib.* Æquiparantur nobilibus, *ib.* In conferendis officiis et beneficiis præferuntur aliis, *ib.* Sunt exempti a communibus oneribus, *ib.* Rei criminis mitius puniuntur, 221. Actu docentes habent insuper specialia privilegia, et quæ, *ib.* An et quid pro lectura, seu professura accipere valeant, 222.

DOGMA quid, I, 106. Dogmata fidei quæ, 669.

DOLUS ex proposito, et dolus re ipsa, in jure æquiparantur, II, 76. Dolus bonus, et dolus malus quid, 416. Dolus malus utrum vitiet contractus, et qualiter, *ib.* Dolus, et error in quo differant, *ib.* Ob dolum circa substantiam rei, contractus jure naturæ est irritus, *ib.* Quid si dolus solum versetur circa qualitates accidentales, *ib.* Si dolus non det causam contractui, sed solum incidat, valet ipso jure contractus, *ib.* Adeo ut nec rescindi possit, etc., 417. Tenet contractus non obstante dolo, per tertium commisso. *ib.* Datur tamen actio de dolo contra illum tertium. *ib.* Quid si ille tertius non sit solvendo, *ib.* Dolus dans causam contractui stricti juris, eum non reddit ipso jure nullum, *ib.* Bene tamen contractum bonæ fidei, et quæ ratio disparitatis, *ib.* Limitatur hoc posterius, quando deceptus vult stare contractui, 418. Item in contractu matrimoniali, *ib.* Opposita quorumdam sententia refertur, *ib.* Quæ auxilia et contra quos competant ex dolo, *ib.* Dolus alicui patrocinari non debet, *ib.* Doli exceptio quid, 419. Vide *Exceptio doli.* Actio de dolo quid, et qualiter ab exceptione doli differat, *ib.* Vide *Actio de dolo.* Dolus et culpa apud juris peritos quid, III, 158. Dolo æquiparatur culpa lata, *ib.* Dolum qui allegat dolum probare debet, 213. Dolus ex indiciis perspicuis probatur, *ib.*

Dolus est difficilis probationis, IV, 128. Quomodo probetur, *ib.* Indicia ad eum probandum, *ib.* Quando præsumatur in depositario, *ib.* Generaliter præsumitur ex actu illicito alteri nocivo, *ib.* Aut omissione actus obligantis, 129. Item ex violentia, et aliis modis, *ib.* Paria sunt si dolus re ipsa interveniat, vel ex proposito, *ib.* Dolo non caret, qui imperio magistratus non paruit, VII, 62. Dolo facit qui petit quod restituere debet, 135. Dolus bonus quis, 11. Dolus et fraus nulli patrocinatur, 88. Dolus et lata culpa æquiparantur, *ib.* Dolus non præsumitur, sed probari debet, *ib.* Nec præsumitur, ubi est necessitas, 61.

DOMESTICI qui dicantur, II, 568. *Domestici* nomen minus patet, quam nomen *familiaris*, *ib.* Maritus et uxor sunt domestici, *ib.* Domestici, an sint testes idonei, *ib.* Domesticus ipsius producentis potest repelli a ferendo testimonio, *ib.* Dantur nihilominus aliqui casus, in quibus admittitur testimonium domesticum, 569. Ut si domestici sint magnæ auctoritatis, et valde honesti, puta familiares episcopi, etc., *ib.* Admittuntur

etiam domestici, consanguinei, etc., ad defensionem rei, inquisiti, seu ad probandam ejus innocentiam, *ib.* Et ad ferendum testimonium favore Ecclesiæ, *ib.* Aut ubi quis est domesticus utriusque partis, *ib.* Vel quando domesticus partim deponit pro alio domestico, partim contra ipsum, *ib.* Item in probandis factis, et delictis domesticis, *ib.* Domestici possunt adhiberi in testes instrumentarios, *ib.* Ac in nonnulli aliis casibus, *ib.* Domestici religiosorum ubi sepeliantur, IV, 572.

DOMICILIUM verum constituitur animo et facto simul, et quomodo, I, 453. Ratione domicilii efficitur quis subditus episcopi quoad receptionem ordinum, 452, 453. Ad hoc tamen non sufficit quasi domicilium, *ib.* Ut de facto quis ratione domicilii ordinari valeat, quæ requirantur, *ib.* Domicilium censetur clericus contrahere in loco beneficii, personalem residentiam requirentis, II, 181. Domicilium generatim quid, et quotuplex, 207. Domicilium habitationis quid, *ib.* De hoc semper intelligitur nomen domicilii absolute positum, *ib.* Potest quis in pluribus locis habere domicilium, licet hoc difficile sit, *ib.* Peregrinari, ac esse sine domicilio, quis dicatur, *ib.* Domicilium originis, quod, 208. Ad hoc non sufficit quod quis fortuito alicubi notus fuerit, *ib.* Quasi domicilium quid, *ib.* Et qualis habitatio ad istud requiratur, *ib.* Ratione domicilii, an et qualiter quis forum sortiatur, *ib.* Aut ratione quasi domicilii, *ib.* Et quid juris si quis in duobus locis domicilium habeat, 211. Domicilii permutatio, non perimit instantiam coram judice ejus cœptam, *ib.* Judex domicilii quomodo possit procedere contra subditum præsentem, et citare absentem, 209. Imo et contra absentem citatum, et contumacem in comparendo, *ib.* Qui certum domicilium non habent, ut vagabundi, sortiuntur forum, ubi reperiuntur, 211.

Domicilium habitationis, vel originis qualiter attendatur, et esse debeat in ordine ad matrimonium, V, 404.

DOMINICARUM ordo quando inceperit, V, 9.

DOMINIUM, et proprietas, important propemodum idem, II, 339. Nisi quod dominium sic terminus magis amplus, idque declaratur, *ib.* Effectus dominii est possessio, 340. In aliquibus etiam dici potest, quod possessionis effectus sit dominium, *ib.* Vide *Proprietas.* Præsumptionem dominii parit possessio, 342. Dominii probatio est difficilis et cur, 367. Dominium quoties transfertur, tale transfertur quale fuit apud eum qui transfert, VII, 109.

DOMINUS directus emphyteusis quas obligationes habeat, IV, 250. Et quæ jura habeat, *ib.* Non potest absque legitima causa emphyteutam invitum privare emphyteusi perpetua, vel vitalitia, *ib.* Bene tamen emphyteusi alterata, seu modificata, et quomodo, *ib.* Potest ob quatuor causas privare emphyteutam emphyteusi, 251. Videlicet ob non solutum canonem, et quomodo, *ib.* Ob venditionem emphyteusi indebite factam, et quomodo, 253. Item ob deteriorationem rei emphyteuticæ. et qualem, 254. Item ob non solutum laudemium. 255. An et quomodo possit augere canonem, 253. Vide *Laudemium.*

DOMUM rei inviti non debet quis intrare causa ipsum citandi, II, 164. Vide *Citatio.* Graviter delinquens potest de domo sua invitus extrahi, auctoritate judicis, 266. Domus parochialis a quo reparari debeat, V, 202. Domus religiosa. Vide *Locus religiosus.* Domo legata, censetur etiam legatus hortus cohærens, VII, 101.

DONA seu munera non licet accipere rectoribus provinciarium, VII, 189.

DONATIO ultra quingentos solidos, a laico facta cuipiam clerico, an valeat absque judicis insinuatione, I, 177. Donatio facta determinatæ Ecclesiæ an possit a quolibet acceptari, II, 56. Donatio quid, IV, 349. Debet esse mere liberalis, *ib.* Donatio alia est realis, alia verbalis, 350. Alia mere gratuita, alia conditionata, *ib.* Alia inter vivos, alia mortis causa. *ib.* Ad donationem requiritur consensus donantis signo externo monstratus, *ib.* Donatio fieri potest absenti, et præsenti, tacite et expresse. *ib.* Potest etiam ex conjecturis præsumi, *ib.* Ad donationem requiritur acceptatio ex parte donatarii, 351. Quæ fieri potest verbis, vel signis, *ib.* Donatio Ecclesiæ, vel alii piæ causæ facta, illico obligat, etsi a rectore, vel administratore nondum sit acceptata, *ib.* Donatio quingentos solidos excedens, an et quando debeat insinuari apud judicem ad hoc, ut valeat, *ib.* Donari potest omnis res etiam aliena. et quomodo, 352. Donatio a quo fieri possit, 353. Donare possunt omnes qui lege non prohibentur, *ib.* Prohibentur autem omnes, qui administratione rerum suarum carent, *ib.* Item tutores, et curatores, de rebus quas administrant, *ib.* Excepta remunerationis causa, moris et consuetudinis, *ib.* Pater donare non potest liberis nondum emancipatis, *ib.* Nisi ob causam, vel remunerationis gratia, *ib.* Mater tam emancipatis, quam non emancipatis valide donat, *ib.* Milites et clerici donare non possunt concubinis, 354. Prohibita etiam est donatio inter virum et mulierem, *ib.*

Donatio episcoporum, prælatorum ac religiosorum, 355. Magnas donationes Ecclesiarum rectores de rebus Ecclesiæ facere non possunt, *ib.* Si faciunt, revocari possunt, ac debent, a quibus, *ib.* Modicas tamen donationes de bonis Ecclesiæ rite faciunt, *ib.* Dummodo per plus repetitas modicas donationes graviter non lædatur Ecclesia, *ib.* Nulla consuetudine introduci potest, quod prælati de rebus Ecclesiæ magnas faciant donationes, *ib.* Doctrina practica pro prælatis multa donantibus, 356. Donationes remuneratorias etiam magnas facere possunt Ecclesiarum rectores, *ib.* Dummodo non multum excedant merita, et obsequia donatarii, *ib.* In casu dubii tam prælatus donans, quam donatarius probare debent, donationes magnas factas esse remunerationis causa, *ib.* Ad

donationem immobilium, vel mobilium pretiosorum requiritur solemnitas juris, *ib.* Causa utilitatis Ecclesiæ, pietatis, et misericordiæ, possunt rectores Ecclesiarum etiam magna proportionaliter donare, 357. De redditibus ad propriam mensam pro honesta sustentatione deputatis indistincte donare possunt clerici, *ib.* Religiosi privati extra monasterium habentes beneficium, cum libera administratione donare possunt, ut cæteri beneficiati sæculares, *ib.* Habentes vero administrationem intra monasterium, non nisi juxta præscriptum superioris, statutorum, et consuetudinis donare valent, *ib.* Religiosi in monasterio sine beneficio et administrationis officio degentes, penitus nihil, nec pauperibus quidem donare possunt, *ib.*

Donatio mortis causa quid, 527. In dubio præsumitur donatio inter vivos. *ib.* Requirit donatarii acceptationem, 528. Non censetur perfecta ante mortem donantis, *ib.* Tres modi illius donationis referuntur, *ib.* Potest fieri tam a sano, quam a constituto in articulo mortis, *ib.* Donare mortis causa potest omnis, solus qui testari valet, *ib.* Cui legari, etiam mortis causa donari potest, 529. Donatio mortis causa pro libitu revocari potest, *ib.* Expirat, seu tacite revocata censetur quatuor modis, et quibus, *ib.* In quo differat a legato, 530. Et a donatione inter vivos, *ib.* De solemnitate ad hanc donationem, remissive, *ib.* Donatio religiosis facta sub conditione quod ad certum, et non ad monasterium pertineat, V, 88.

Donatio ultra quingentos solidos an liceat, et valeat, V, 523. Donatio inter virum et uxorem quid, 520. Gratis facta est invalida, *ib.* Non item remuneratoria, *ib.* Nec illa ex qua donans non fit pauperior, *ib.* Vel donatarius non locupletior, 521. Donatio inter virum et uxorem invalida habet aliquos effectus. In quibus casibus valeat donatio inter conjuges, *ib.* Enumerantur plures casus, *ib.* Donatio inter conjuges invalida, quando validetur, *ib.* Confirmatur morte donantis, *ib.* Moriente donatario ante donantem evanescit, 522. Non confirmatur morte donantis, si hic eam in vivis revocat, *ib.* Quando censeatur tacite revocare, *ib.* Revocatio facta iterum revocari potest, *ib.* Donatio a marito uxori invalide facta confirmatur morte civili mariti, *ib.* Non item facta ab uxore marito, *ib.* Limitatur, *ib.* Stante morte civili potest maritus revocare donationem, 523. Excepta professione in regula S. Francisci, *ib.* Donatio quingentos solidos excedens morte non confirmatur, *ib.* Donatio confirmata juramento de non revocando, valet, *ib.* Donatio propter nuptias. Vide *Contrados.*

Donatio inter virum et uxorem non potest revocari ab hæredibus, nisi a donante tacite revocata sit, VII, 111. Quomodo prohibeatur, 184. Donatio ultra quingentos solidos valet quoad quingentos, 89. Donationes, præsertim principum, pro donatario latissime sunt interpretandæ, et quomodo limitetur, 133. Donator potest revocare ex causa donationem, non vero hæres illius, 110. Donare non potest administrator rerum, 174.

Donationis revocatio ordinarie fieri non potest, IV, 358 Limitatur tribus casibus, *ib.* Primo ob ingratitudinem donatarii erga donantem, *ib.* Quandonam ad hunc effectum dicatur ingratus donatarius, *ib.* Donator probare debet ingratitudinem, si ob illam vult revocare donationem, 360. Potestas revocandi donationem ob ingratitudinem non competit hæredi, nec contra hæredem, 360. Enarrantur casus, in quibus ob ingratitudinem donatarii donatio revocari non potest, *ib.* Secunda causa principalis donationem revocandi est, si donatori liberis carenti postea nascantur liberi, 361. Donatio facta Ecclesiæ nonnisi ad legitimam ad liberos postea natos revocari potest, 362. Donatio remuneratoria ob hanc causam non potest revocari, *ib.* Donatio inofficiosa revocari potest, *ib.* Donationis obligatio, quæ, 354.

DOS quid, et quotuplex, V, 523. Alia est profectitia, alia adventitia, *ib.* Dos et contrados per adulterium quomodo perdatur, 531. Per adulterium uxor perdit dotem, et vir contradotem, *ib.* Etiam in putativo matrimonio. *ib.* Limitatur in aliquibus casibus, *ib.* Si extant liberi, ad hos pertinet dotis, et contradotis proprietas, ususfructus vero ad conjugem innocentem, *ib.* Propter adulterium non perdit uxor bona paraphernalia, *ib.* Quid præter dotem perdat de jure Bavariæ, 532. Dotem nondum traditam uxor adulterans ante sententiam non tenetur tradere, *ib.* Traditam vero vir retinere potest, *ib.* Uxor adulterans, si reconcilietur viro, omnia perdita iterum recuperat, *ib.* Nisi speciale pactum, aut conditio obstet, *ib.* Dotis dispositio et fructus ad quem pertineant. 525. Fructus dotis pertinent ad maritum, *ib.* Sicut etiam dominium, ac libera dispositio, si dos in re mobili consistat, *ib.* Quid si in re mobili consistat. *ib.* Dotis assecuratio, quomodo fieri possit, et debeat, *ib.* Ordinarie loquendo durante matrimonio dos repeti, aut cautio pro eo exigi non potest, *ib.* Nisi maritus sua culpa ad inopiam vergat, et evidens adsit periculum perdendi dotem, *ib.* Si absque sua culpa vir ad inopiam vergat, dotem reddere non tenetur, 526. Si bona mariti confiscantur, uxor potest repetere suam dotem, *ib.* Enumerantur aliæ causæ repetendi dotem, *ib.* Dotis et aliorum restitutio soluto matrimonio facienda, 528. Si matrimonium solvitur morte naturali mariti, dos adventitia restituitur uxori, *ib.* Aliud est de profectitia, *ib.* Si solvitur morte uxoris, dos adventitia restituitur hæredibus, *ib.* Quid juris in ... de profectitia, *ib.* Si solvitur ob latens impedimentum, prius ignoratum, dos restituitur uxori, *ib.* Quid si scienter cum tali impedimento contraxerunt, 529 Si solvitur matrimonium quoad thorum ex culpa mariti, dos restituitur uxori, *ib.* Secus si ex culpa uxoris. Præter dotem etiam parapherna, et morgengeba uxori restitui debent, *ib.* Item lucra et quæstus durante matrimonio acquisiti, et quæ, *ib.*

DOTARE an, quando, et quomodo teneatur deflorans, aut seducens puellam, 327. Tenetur, etsi seducta prius jam habeat dotem, 328. Et licet nullum passa sit detrimentum, secus in foro interno, *ib.* Si puella ex defloratione injusta majus patitur damnum, quam efficit dos, qua gaudet, plus restituere tenetur seductor, *ib.* Plus debet ordinarie restitui puellæ nobili, vel specialibus naturæ donis ornatæ, quam ignobili, aut deformi, 329. Juxta arbitrium judicis, *ib.* Cæteris paribus, dives deflorator non tenetur plus dare defloratæ quam pauper, *ib.* Quomodo intelligendum, quod dos debeat defloratæ dari juxta facultates defloratoris, *ib.* Si deflorator, quantum teneretur non habet, tenetur restituere quantum interim potest, cum obligatione supplendi reliquum, si ad pinguiorem fortunam venerit, 330. Qualiter in foro interno mensuranda sit dos, inique seductæ restituenda, *ib.* In isto foro satisfacit seductor, si puellam sibi æqualem ducere paratus est, 331. Etsi solis importunis precibus seduxit, in foro interno ad nihil tenetur, *ib.* Bene tamen in foro externo, *ib.* Si deflorator sufficientia ad dotandum media non habet, et deflorata ei nubere nollit, ad quid in foro interno, et externo teneatur, 332. Si puella defloratorem dotare non valentem in matrimonium acceptare vult, tenetur ille hanc ducere, *ib.* Nisi deflorata sit notabiliter inferioris conditionis, 333. Discrimen inter forum internum et externum, *ib.*

DOTEM uxoris defunctæ nondum solutam petens, dolo facere dicitur, VII, 136. Dotem quando teneatur restituere defunctæ hæredibus, *ib.* Dotis causa est favorabilis actori, 40.

DOTIS privilegium quale sit, 533. Dotis competentis defectus sit causa dispensandi super impedimentis matrimonii, 561. Sive nubere volens, sive alius eam supplere velit, *ib.* Censetur adesse, etsi in loco vicino puella virum parem posset habere, *ib.* Sicut et si dos involuta est litibus, *ib.* Non item si de facto careat dote, habet tamen parentes divites, 562. Nisi ob copiam aliarum prolium parentes puellam sufficienter dotare non possent, *ib.* Puella censetur pati dotis defectum, etsi certam spem habeat sufficientem acquirendi cum tempore ex legato, *ib.* Vel morte parentum, *ib.* Quid si puella tempore dispensationis caret dote, et post illam dotem acquirit, *ib.* Dotare quis possit et teneatur, 523. Potest quivis major viginti quinque annis, *ib.* Pater tenetur filiæ dare dotem, *ib.* Etiamsi eam matrimonio collocarit nulla facta mentione dotis, 524. Vel filia inscio, et invito patre nupserit digno, *ib.* Secus, si indigno, *ib.* Quisnam censeatur indignus, *ib.* Quid de hoc statuta Bavariæ, *ib.* Causæ exhæreditandi, sunt etiam causæ dotem negandi, *ib.* Si pater nequit dotare filiam, tenetur avus paternus, et horum defectu mater, *ib.* Præfatis deficientibus frater ex eodem patre tenetur, *ib.* Tenetur etiam deflorator, 525.

Dotis in contractu non inspicitur locus contractus sed locus ubi vir habet domicilium, II, 219. Causa dotis an sit mixti fori, 229. Confessio mariti de dote recepta in præjudicium creditorum, an probet, 470. Valet juramentum ut filia dote contenta patri non succedat ab intestato, III. 173.

DUBIA quando sunt verba, interpretari debent, ut res valeat potius quam pereat, V, 317. Dubia sponsalia quando sint, et quid fieri oporteat, *ib.* In dubiis semper favorabilia præferenda sunt, 489. Dubia in meliorem partem interpretari debent, VII, 7. Dubium solet nasci ex defectu medii scientifici, vel ex obscuritate rei, vel ex æqualitate signorum aut rationum, *ib.* Dubitans an res sit aliena non potest præscribere, 25.

DUBIETAS proprie non est gradus probationis, II, 517. Dubitans num res sit sua, nec ne, an possit præscribere, III, 235. Stante tali dubio, nequit inchoari præscriptio, *ib.* Dubitans num res sit sua, nec bonam, nec malam fidem habet, *ib.* Si dubium post præscriptionem bona fide cœptam superveniat, non interrumpit præscriptionem, *ib.* Solvitur instantia afferendo disparitatem inter hunc, et priorem casum, 236.

DUBITANS an vere sit excommunicatus, vel censuratus, utrum sine pœnis actum ordinis valeat exercere, VI, 474.

DUELLANTES an et quando priventur sepultura, IV, 586. Duellantes a peccato et excommunicatione absolvere quis possit, VI, 392.

DUELLUM quid, 381. Aliud est solemne, *ib.* Aliud privatum, *ib.* Duellum an, quale, quibus sub pœnis sit prohibitum, *ib.* Tam privatum, quam solemne prohibitum est, *ib.* Sub gravissimis pœnis, et quibus, 382. Quas etiam incurrunt duellantium patrini, item consilium, auxilium, favorem præbentes, permittentes illud, ac spectatores illius, *ib.* Bulla Clementis VIII per extensum contra duellantes lectu dignissima, et necessaria, *ib.* Ut duellum pœnas juris inducat, debet esse proprie tale, 385. Unde ex subita ira provocantes, et duellantes non incurrunt pœnas, *ib.* Requiritur insuper ut fiat armis, et modis periculum mortis inducentibus, *ib.* Quare pœnas juris non incurrunt duellantes, qui prævia insinuatione, et conventione mutua, omne cavent periculum vitæ, 386. Doctrina practica ad propositum multos duellantes a pœnis excusans, *ib.* Constitutiones pontificiæ quoad pœnas temporales contra duellantes, non videntur receptæ in Germania, 391. Bene vero quoad pœnas spirituales, *ib.* Vulneratus in duello, an et quando careat sepultura ecclesiastica, si ex vulnere moritur, *ib.* Spectatores duelli, et aliæ personæ, an et quando occasione duelli subjaceant pœnis, *ib.* Duellum an et quibus ex causis licitum, vel saltem a pœnis immune sit, 367. Licitum est offerre, et acceptare duellum pro necessaria defensione vitæ, et membrorum, *ib.* Ac bonorum fortunæ magni momenti, *ib.* Speculative loquendo etiam pro necessaria defensione famæ, et honoris, *ib.* Quod tamen,